



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. De sectione mortuæ matris, superstitæ fœtu in vtero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

efficiendi, quantum eo casu possunt : siue manu, siue aliquo instrumento, quāvis deniq; arte aquam admoueant: ita tamen, vt postea, quid & quomo- do circa illum baptismum fecerint, Parocho referant. Hæc verò omnia magis scire debent obstetrics, ideóq; priusquam ad munus obstetricandi admittantur, & aliàs subinde, inter rogabis, an sciant ea, quæ ad ritè bapti zandum necessaria sunt ; præterea à perito artis examinandæ, & instruen dæ de iis, quæ ad illam artem perti nent: vt infantes ad baptismum per ueniant , plurimùm id refert : item, vt quantum fieri potest , Catholicæ sint, & probæ, nam hæreticæ minus forte de necessariis curant; improbæ verò subinde deprehensæ vti maleficiis, aut superstitionibus.

N V M: I I.

De matrum scissione.

V T infans vtero clausus baptizari possit, mater viuens exscindi non

D 2

fo-

solet, nisi ob culpam eo supplici seru dignam. Mortua debet, si foetu adhuc spiret; constare autem possit matrem exspirasse. Id exploratur; cordis motus, pulsusque omnis cesseret si halitus planè interclusus. Cessans motum deprehendes vitro aquâ pleno, si cordi superpositum sit, & nihil effundatur: halitum verò defecisse, plumula ori admota nihil moueatur aut si nitidum speculum ori applicatum, ne hilum quidem inficiatur: autem magis mors exploranda, quod parturientium deliquia subinde diuiniora sint.

Porrò infantes in utero non raro aliquamdiu superuiuere matribus, Medici docent, & compertum olim in Cæsare, cui nomen ea res fecit, & non pridem in filiolâ Mariæ Augustæ, quæ sectâ matre tanto spatio superfuit, ut Christiana mori posset. An verò in utero superuiuat foetus, obstetrices, & peritæ aliæ fœminæ ob-

ser-

seruant ex aliquo motu , quem dili-
genter explorent.

In toto hoc negotio primò atten-
dendum est, vt moriente matre , clave,
vel lignello labiis dentibúsq; obiecto,
vel simili arte, caueatur , ne proles in-
clusa suffocetur , quod accidit facilli-
mè: item in promptu adsit Chirurgus
probè expertus , & aliquis cum aquâ
promptâ ; ille vt fecet , hic vt bapti-
zet , nam hîc mora morsest. Locus
non sit patens vehementi aëri, quem
tener foetus vix patiatur. Deniq; si de
vitâ dubitetur , baptizans conditio-
nem in baptizando apponas , si viuis.

Cura quidem , & procuratio secti-
onis, cùm matre mortuâ putatur , su-
perstitem esse fœtum , iudicio eorum,
qui id nôrunt , explorare proprié-
pertinet ad patrem , domesticos , con-
sanguineos , aut ad alios ex charitatis
officio, si adsint : si tamen nemo alias
id agat, tibi Parocco ex singulari cau-

78 *Institutionum Pastoralium*
sa incumbet : quare, si opus est autho-
ritate Magistratūs , aut comminatio-
ne delationis ad Episcopum , quoquā
modo rem vrge , huiusq; diligentia
testes adhibe , vt de præstito tuo offi-
cio constet . Multa , iñquies , man-
das : verum est , sed tanti est , infanti
extremè periclitanti Parochum non
defuisse .

NVM: III.

De partu monstroso.

Si partus prouenit ex patre bruto
matre homine , ne baptiza ; bru-
tum est , non homo. Si bestia foemella
peperit ex viro , baptiza saltem sub
conditione , si es homo : quod si duo
humana capita , vel humana pectora
compareant , primò vnum baptiza , &
mox alterum : Sed hoc sub conditio-
ne , si due adsint animæ. Verum in por-
tentosis eiusmodi foetibus consultum
est consulere Episcopum , audireque
Medicos , si tempus patitur ; præset-
tim si caput , aut pectus non sit huma-
num ,